Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De co[n]cede[n]te indulge[n]tias c. 25.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

iuncto, quia videlicet in Iubilæo conceditur facultas abſoluendi á caſibus reſeruatis, & vota commutandi. quæ olim niſi rariſſimè concedebatur.

De Concedente Indulgentias. Cap. 25.

PApa, & Concilium generale tantum, poſſunt indulgentias plenarias concedere. Legati verò, Archiepiſcopi & Epiſcopi quadraginta tantum dierũ; & in dedicatione Eccleſiæ vnius anni. Papa, Concilium & Legati, Perpetuas conſtituere poſſunt, alii tēporales, præter Legatum, qui poteſt indulgentias ſuas perpetuas reddere. Papa per totum mundum Legati in ſua Legatione, Archiepiſcopi in ſua prouincia, Epiſcopi in ſuo Epiſcopatu, Cardinales autem prout à Papa eis conceditur.